



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio quadragesima.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

## Lib. I. Distinctio XXXIX.

quorum est à deo immediata; scilicet respectu angelorum & eorum quae immediatè à deo producuntur, vel peccatum aliorum est medianibus causis secundis, quare manifestum est quod prouidentia dei non est aequaliter de omnibus. Hæc autem inaequalitas est ex parte rerum, & non ex parte dei, qui una ratione simpliciter scit quod vincuique rei expedit ad consecutionem sui finis.

13. A D. Primum argumentum dicendum est quod prouidentia humana non se extendit nisi ad contingenta, nec ad illa omnia, sed solum ad illa quae possunt per hominem fieri, vel impediendi, & quia homo non est factor rerum naturalium & necessariarum, ideo ad hæc non extendit prouidentia humana, sed quoniam Deus sit factor rerum quas necessarias dicimus, sicut liberè & non necessariò producere sunt à deo, ideo res necessariae subsunt diuinam prouidentiam in quantum eis sciens & liberè volens contulit ea quae sunt expedientia ad consecutionem sui finis.

14. Ad secundum dicendum quod ad prouisorem particulari pertinet removere impedimenta finis particularis quem intendit, ad prouisorem vero vniuersalem pertinet mouere ea quae impediunt consecutionem finis vniuersalis, propter quod negligit quandoq; bonum particulae, mala autem particularia naturæ que sunt mala potest non impediunt bonum cōmune, immo promouent & necessaria sunt, quia in sphera generabilium & corruptibilium non potest saluari bonum totius sine malo partis quia generationes sunt ibi necessariae, generatio autem vniuersus non potest esse fine corruptione alterius, & ideo mala potest vel potius naturæ, ut defectus & corruptiones sunt intenta a prouisore vniuersali. De malis vero culpe quod non habent a vilo impediendi, potest dupliciter dici. Vno modo quod non possunt impediiri sine p[ro]iudicio boni vniuersali, quia non permetteretur creatura rationalis agere secundum proprium motum sua libertatis. Alio modo quod ad prouisorem pertinet removere impedimenta, vel dare rei illa per quae possit vitare illa quae impediunt ipsam a consecutione finis, & hoc est magis debitum his quae consequuntur finem ex merito sua actionis. In hoc enim est magna pars meriti, quod homo liberè caueat ab his quae possunt eum impediire a consecutione sui finis. Deus autem omni creature rationali contulit auxilia per quae potest vitare mala culpa, & impedi mens sua salutis, ideo &c.

15. Q[uod] Y O D autem dicitur Sap. 12, quod aequaliter est ei cura de omnibus pro tanto dicitur, quia inaequalitas est in rebus prouisis, non autem in Deo prouidente.

Q UÆ S T I O Q U A R T A.

Vtrum prouidentia sit idem quod fatum.

*Thom. I. q. 1. ar. 16.*

D EINDE queritur, vtrum prouidentia sit idem quod fatum. Et videtur quod sic, quia comparatio alicuius ad diuersa non plurificat eius essentiam, sed prouidentia & fatum non differunt, nisi secundum comparationem ad diuersa, dicente Boetio. 4. de cōsolatione sic, modus quo res geruntur cum ad diuinam cognitionem referuntur, prouidentia dicitur. Cum vero ad res ipsas quae geruntur, fatum vocatur, quare &c.

2 IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. 5. de Ciui. dei, quod nihil fati fieri dicimus, nihil autem fieri diuina prouidentia, est erroneum, ergo non sunt idem saepe & prouidentia.

3 R E S P O N S I O. Fatum dupliciter accipitur. Vno modo pro vi syderum inconsiderata, vnde, 5. de Ciui. dei dicitur quod cum homines fatum audiunt vñitata loquendi conseruandæ nō intelligunt nisi vim positionis syderum. Alio modo dicitur fatum ordo causarum & earum connexionis prout reducuntur in diuinam voluntatem & scientiam omnia ordinatæ & connectentem, sicut dicitur in eodem lib. cap. 8. Et iste modus est magis proprius quam primus. Fatum enim a fando dicitur. Illud autem quod diuina prouidentia ordinatum est quodam causarum connexione effatur, sicut verbum vocale est quoddam effatum interioris conceptus.

4. Sic ergo accipiendo fatum, patet quod differt in multis à prouidentia. Primo ex parte subiecti in quo est. Illa enim sunt diuersa quae sunt in diuersis subiectis, sed prouidentia & fatum sunt huiusmodi, nam prouidentia est in

## Quæstio IIII.

108

Deo, fatum autem in causis secundis, est enim ordo causarum reductus Deum, ordo autem est in ordinatis, quare &c. Secundo, quia fatum dependet ex prouidentia & in ipsam reducitur & non econuerio. Tertio, quia prouidentia est eterna, fatum autem temporale, quod enim Deus ab æterno disposuit & prouidit, faro temporaliter subministrat. Quarto, quia non oīa subduntur fato, sicut illa quae immediatè à Deo procedunt ab eo ordine causarū secundarum, & generaliter quanto aliqua sunt viciniora Deo, tanto minus subduntur fato, omnia autem subduntur dictum prouidentie, ut patuit prius, quare &c.

5. A D. Argumentum in oppositum dicendum quod fatum & prouidentia non solum differunt penes diuersos respectus, sed penes multa alia ut visum est. Quod autem dicit Boetius quod modus quo res geruntur cum ad diuinam cognitionem refertur &c. sic accipiedum est ac si dixisset, quod diuinam cognitionem respectu talium est prouidentia, sed sed executio est per fatum.

6. Quod autem dicit Aug. fato nihil fieri, verū est prout fatum dicebat aliqui esse vñi syderū imponentem neceſitatem his quae sunt a libero arbitrio, aliter non.

## DISTINCTIO XL.

Sententia litera Magistri in generali  
& speciali.

P Rædestinatione vero. Superius determinauit Magister de praedestinatione dei in communione, hic vero determinat de ea prout se habet ad suos specialiter, scilicet de praedestinatione. Et diuiditur in tres partes. Primo enim determinat de praedestinatione in le. Secundo per comparationem ad suam causam. Secunda in princ. 4. dicit. Si autem querimus. Prima in tres partes diuiditur. Primo determinat quid sit praedestinatione. Secundo declarat praedestinationis certitudinem. Tertio de praedestinatione in comparatione ad reprobationem. Secunda ibi, Praedestinatiorum nullus. Tertia ibi, Cumq[ue] praedestinationi. Secunda istarum diuiditur in tres partes. Primo enim ponit quandam veritatem. Secundo obicit in contrarium & solvit obiectiōnem. Tertio obicit contra solutionem & solvit. Secunda incipit ibi, Ad hoc autem obiciunt. Tertia ibi, Veruntamen adhuc hic instant. Hæc est diuisio & sententia generalis.

2 IN speciali vero sic procedit, & proponit primo quod praedestinatione est preparatio gratiae, & quod praedestinatione non potest esse sine præscientia, præscientia autem sine p[re]destinatione potest bene esse. Postea subdit quod praedestinatores numerus est certus, non enim praedestinatus potest damnari, nec reprobatus saluari. Deinde obicit contra hoc. Potest enim Deus dare gratiam quibus non dat, & subtrahere quibus non subtrahit, igitur potest augerari vel minui numerus electorum. Et respondet quod iste propositiones, praedestinatus potest damnari, reprobatus potest saluari, possunt intelligi distincte, non enim possunt simul esse, s. q[uo]d praedestinatus sit & damnetur, quod praefactus sit & saluetur, sed diuinius vera sunt, in eo enim qui est praedestinatus est possibilis ad vtrumq[ue] innuit etiam aliam solutionem dicens, q[uo]d licet praedestinatus possit damnari, non tamen praedestinatus inquantum praedestinatus est, hæc enim additio propositionem veram facit falsam, & falsam facit veram. Deinde obicit contra hoc si praedestinatus inquantum praedestinatus non possit damnari, & praedestinatus ab æterno non potest non esse praedestinatus, ergo ille qui est praedestinatus nullo modo poterit damnari, & responder quod cum dicitur non potest non esse praedestinatus, potest dupliciter intelligi, vel cōiunctim ut prius praedestinatus postea non sit praedestinatus, vel diuinius (ut sit sensus) quod sicut Deus ab æterno potuit illū non praedestinatus praedestinare, ita & modo potest, quia actus diuinus nō transit in præteritū, & sic ille qui est praedestinatus potest esse nō praedestinatus sicut ab æterno potuit praedestinari, vnde autem subdit quod in actibus hominum qui transeunt in præteritū talis distinctione locū nō habet. Postea copiarat praedestinatione & reprobatione ad initium, vnde dicit quod sicut praedestinatio nominat electionem & præscientiam & preparationem beneficiorū dei, ita reprobatio dicit præscientiam iniquitatis & preparationem p[re]cepti.

O 4 na

### Magistri Durandi de

nz, & sicut prædestinationis effectus est gratia applicatio, ita reprobationis effectus est obduratio, quæ nihil aliud est quam substractio gratiæ Dei. Et in hoc terminatur sententia in speciali.

### QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum prædestination habeat certitudinem.

*Thom. I. q. 23. ar. 6.*

**C**IRCA distinctionem istam queritur de duobus, scilicet de prædestinatione & reprobatione. Quamvis ad primum queritur verum prædestinatione habeat certitudinem, Et videtur quod non, quia quicquid Deus vñquam potuit non potest, sed Deus ab eterno potuit non prædestinare quem prædestinavit, ergo nunc potest eum non prædestinare, si sic prædestinatione non est omnino certa.

**2** Item aliqui dicuntur deleri de libro vita, sed in libro vite non scribuntur nisi illi qui prædestinantur ad gloriam, ergo prædestinati possunt de libro vita deleri, & ita prædestinatione non est omnino certa.

**3** IN CONTRARIUM est quod dicit Anselm, de concordantia prædestinationis & gratie, prædicta de necessitate futura esse, sed quæ de necessitate eveniunt certitudinem habent, ergo &c. Et iterum super illo verbo Ro. 9. quos præscivit & prædestinavit &c. Dicit glossa, prædestinatione est præsencia & preparatio beneficiorum dei qua certissime liberantur quicunque liberantur.

**4** RESPONSI O. Circa questionem istam tria sunt videnda. Primum est quid sit prædestinatione, & quare sic vocetur. Secundum erit in quo differat a prouidentia. Tertium erit quem certitudinem habeat.

**5** Quantum ad primum scendum est quod omnia diriguntur in suos fines per diuinam prouidentiam, per quam conferuntur libet rei illud quod expedit ad consecutionem finis finis. Finis autem ad quæ res creatae diriguntur est duplex. Vnus proportionatus naturæ ad quem res creatae potest pertingere per virtutem proprie natüræ & auxilia naturalia. Alius est qui excedit facultatem nature creatae, & hic finis est vita eterna que constituit in visione, ut patet in lib. 4o. Oportet ergo quod ad hunc finem naturæ creatae trahintur ab alio dante sibi unde posit ad talem finem pertinere, talis autem transmissio vocatur destinatio, sicut sagittam transmisam in signum à sagittante dicimus illuc destinatæ. & quia rationes rerum præexistunt in deo antequæ fiant, ideo ratio talis destinatioonis creature in finem supernaturalem præexistens in deo, propter antecedentem ad rem dicitur prædestinatione, sicut ratio ordinis rerum in finem absolute loquendo dicitur prouidentia. Ex quo patet quod solius dei est prædestinatione, & solius creature intellectus est prædestinari: eius enim solius est prædestinare cuius est creaturam ordinare ad supernaturale beatitudinem & conferre sufficienter præminentia in hunc finem, sed hoc est solius Dei, ergo &c. Dicet etiam cum aliquis prædestinare, quia ad prouisionem vniuersi pertinet cōserere aliquibus de vniuerso remedia vel auxilia quibus asequeatur optimum finem quæ est in vniuerso, alioquin ille finis frustra est possibilis creaturæ, ergo optimus finis qui est in vniuerso est vita eterna, ergo ad Deum pertinet cōserere aliquibus de vniuerso auxiliis quibus asequeatur vitam eternam, sed ratio talis collationis in deo præexistens vocatur prædestinatione, ergo &c. Sola etiæ creatura intellectualis potest prædestinari, quia sola est capax illius finis, sic igitur patet primum.

**6** SECUNDVM pater ex primo faciliter, prædestinatione enim & prouidentia differunt dupliciter. Vno modo secundum magis & minus commune, quia prouidentia est omnium rerum & respectu cuiuscunq; finis, prædestinatione autem solum est creature rationalis & respectu finis supernaturalem. Secundo quia prouidentia non includit consecutionem finis, sed solam rationem collationis eorum que expeditum ad eius consecutionem sive finis attingatur sive non. Ex hoc enim solo quod militi dantur arma, & clerici liber, & mercatorii pecunia, sufficienter est eis prouidum dato quod miles non vincat, nec clericus addiscat, nec mercator lucretur. Prædestinatione autem requirit consecutionem finis, vnde est ratio collationis eorum que sufficiunt ad consequendum finem supernaturalem & ad ipsum perducunt, & hoc est quod quidam dicunt quod

### Sancto Porciano

prædestinatione habet adiunctam voluntatem consequentem quæ semper impletur. Prouidentia autem habet adiunctam voluntatem antecedentem quæ non semper impletur, & hoc de secundo.

**7** QVANTVM ad tertium dicendum est quod prædestinatione habet infallibilem certitudinem, & in generali s. p. prædestinatione infallibiliter salubritur, & in speciali qui & quod salubruntur. Quod patet per rationem addita etiam prius dict. 3o. q. 2. quæ talis est: Quicunque scit de aliqua causa contingente & impedibili quæ sunt que possunt ea impetrare & que impetrant vel non impetrant, vel si sit indeterminata scit quae sunt quæ ea determinantur, scit infallibiliter quid euenerit in merito, & quid reddetur pro præmio, sed Deus scit infallibiliter quæ possunt determinare liberâ arbitriâ, & quæ determinantur, & quæ possunt impetrare quicunque causa impetrabile & que impetrant, ergo scit infallibiliter de merito vniuersaliter & de præmio, & hoc sciēdo scit quis est prædestinatus & quis non: quare &c. Hę autem infallibilitas non est necessitas simpliciter, sed solū ex suppositione ut prius dicti fuit cū agere: tur de cognitione futurorum contingentium, propter quod non est concedendū simpliciter quod prædestinatus necessario saluetur, sed sub conditione vel replicatione inquantu prædestinatus qui est sensus cōpositus, & hę est necessitas sequentis non consequentis nisi modo quo dictum est.

**8** AD primum argumentum dicendum quod Deus nunquam potuit non prædestinare quem prædestinavit, aut prædestinare quem non prædestinavit, accipiendo compositum, quia ut dictum fuit prius, hoc est pro eodē tempore vel pro alio, quorum primum includit in re contradictione, secundum autem ponit in Deo mutabilitatem. Accipiendo autem divisionem de potestate absoluta Deus potest nunc verē p̄gredire in se non prædestinavit, & non prædestinare quē prædestinavit, hoc enim posse sonat solū libertatē Dei respectu talis obiecti: ex hoc autem non tollitur certitudo prædestinationis quę ponitur in sensu composite.

**9** AD secundum dicendum quod liber vita dicitur duplicitate quo ad præsens. Vno modo dicitur cognitione diuina de illis quæ eliguntur ad habendū vitam eternam simpliciter & absoletè, & sic soli prædestinati scribuntur in libro vita, & qui sic scripti sunt in libro vite nunq; delentur ex eo, sed infallibiliter salubruntur. Alio modo dicitur liber vita cognitione diuina de illis qui ordinantur ad habendū vitam eternam, nō simpliciter, sed secundum presentem iustitiam: & sic scripti sunt in libro vite oēs qui quādō sunt in gratia, & qui sic sunt scripti delentur quandoq; ex non scripti scribuntur, quia cōtingit habentem gratiam eam perdere, & non habentem postea habere, sed hoc in illo nō est contra certitudinem prædestinationis quę est in illo rōrum qui eliguntur simpliciter ad habendum vitam eternam.

**10** Autoritates adducunt pro alia parte quæ loquuntur de certitudine & necessitate prædestinationis sunt intelligenda de necessitate suppositionis quę nō tollit continentiam simpliciter, ut frequenter dictum est.

### QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum ad Deum pertineat aliquem reprobare.

*Thom. I. q. 23. ar. 3.*

**S**ecundo queritur de reprobatione, vtrum ad Deum per stineat aliquem reprobare. Et videtur quod non, quia nūli debet imputari quod vitare non potest, sed si quis est à Deo reprobatus vitare non potest quin pereat, Eccl. 7. Considera opera Dei quod nemo potest corrigerem quæ illud despicerit: ergo ei non est imputandum: sed hoc est inconveniens, ergo &c.

**2** Item sicut se habet prædestinatis ad prædestinatos sic reprobatis ad reprobatos, sed Deus prædestinatis est causa salutis prædestinatorū, ergo si deus est aliquis reprobans est causa damnationis corū: sed hoc est fallit, dicitur Dño Osse. 1. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me a xilium tuum, ergo Deus neminem reprobat.

**3** IN CONTRARIUM est quod dicit Mal. 1. Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Et arguitur per rationem, nauta qui per suam præsentiam est causa salutis nauti us persuasiō est causa periclitacionis eius, vt dicitur, „Physic. sed Deus vt præsens alicui per continuatam gratiam

## Lib. I. Distinctio. XL I.

gratiam ipsum praedestinat, ergo ut absens alicui per gratiam ipsum reprobatur.

**R E S P O N S I O.** Vdiendum est primum quid sit reprobatio, & posse hoc facilius patet quod queritur. Quia ad primum videtur quod reprobatio opponatur a probationi, sicut ipsa nomina declarant: approbare autem & reprobare potest dicere a fū intellectus & actū voluntatis, dicimus enim approbare aliquod dictum quād iudicamus illud esse verū, & reprobare quād iudicamus illud esse falso, & sic approbare & reprobare sunt actus intellectus tam speculatoriū quam practici, & sic loquitur Aug. quando dicit quod error est approbare falsa pro veris. Dicimus etiam quandoque approbare quod acceptamus, & reprobare quod refutamus, ita quod approbario & reprobatio sunt idem quod acceptatio & refutatio: & sic sunt actus voluntatis & partes electionis, eligens enim acceptat unum aliū refutat.

**S** Accipiendo ergo primo modo approbationem & reprobationem, approbatio est iudicium vel sententia diuinā de aptitudine alicuius ad vitam aeternā, reprobatio vero est iudicium vel sententia diuinā de ineptitudine alicuius ad vitam aeternā. Sed accipiendo secundo modo approbatio est acceptatio alicuius ad vitam aeternam, quam Apostolus vocat electionem, reprobatio vero est refutatio alicuius à consecutione vita aeterna. Si vero includat vtruncq; (vt aliqui volunt) tunc approbatio est praeius aptitudinis alicuius ad vitam aeternam, & propositum seu acceptatio illius ad eam, reprobatio vero est praeius inaptitudinis alicuius ad vitam aeternam & propositum refutandi eum ab ea.

**E**x quo patet quod reprobatio non opponitur directe & predestinationi, sed alicui antecedenti ad predestinationē, quia reprobatio secundo modo accepta opponitur electioni modo quo dictum est, electio autem precedit predestinationem, vt patet in sequenti dist. quest. I. Accepta autem primo modo opponitur approbationi qua procedit electionem tanquam conclusio consilii, & per consequens procedit predestinationē, quia quod est prius priore est prius posterior, & ideo illud quod procedit electionem procedit predestinationem.

**S**i autem accipiantur tertio modo (scilicet pro aggre gato ex vtruncq;) idem sequitur, quia totum infertur ex anbabus partibus simul sumptis. Hæc autem plenius patet postea, sed tantum accipiamus nunc, quod reprobatio est præius inaptitudinis alicuius ad vitam aeternam & diuinum propositum refutandi vel repellendi eum ab ipsa.

**E**x hoc patet quod ad Deum pertinet aliquos reprobare, quia sicut decet iustos premiar propter suū meritū, sic decet malos excludi a premio & vterius puniri propter suū demeritū, ergo sicut Dei est illios approbare & acceptare ad gloriam quos scit futuros bonos, et quorum præuidit meritū, ita ipsius est illos reprobare & refutare a consecutione gloriae, & præparare ad peccatum quos scit futuros malos, & quorum præuidit demeritū. Iuxta quod est considerandū quod reprobationis sunt duo effectus, scilicet exclusio reprobri a gloria, & reordinationē culpa per penam. Respectu primi Deus se habet in ratione volentis cum illud sit bonum & iustum, sed non se habet in ratione facientis propriè, quia exclusio a gloria non sit propriè per actionem qua aliquid inflatur, sed per carnem actionis per quam gloria influeretur, & quia nullus excluditur a gloria nisi prius exclusus a gratia, ideo aliis effectus reprobationis est priuatio gratiae ad quā Deus se habet modo consilii. Hæc autem subtrahit gratia dicitur exceccatio, quia gratia latens est in anima, dicitur etiam obduratio, quia gratia habitat animam a bonis, propter quod communiter dicitur quod Deus est causa exceccationis & obdurationis non immittens culpam, sed non dando gratiam. Respectu autem secundi Deus se habet in ratione volentis & facientis, quia ad bonum prouisorē pertinet quod inordinatio reordinet, sed malum culpe liceat sit quædam inordinatio a bono rationis, est tamen ordinabile per penam in bonum iustificari, ergo ad Deum prouisorē vniuersitatem pertinet ordinare mala per inflictionē penam, & quia hoc fit per veram actionem, ideo Deus se habet respectu huius non tamen in ratione volentis, quia est bonum & iustum, sed etiam facientis.

## Quæstio I.

109

**A D P R I M U M** argumētum dicendum quod reprobus simpliciter & absolute potest virare culpas, non enim tollitur ab eo liberas arbitrii, & cum dicitur quod nemo potest corriger, &c. Dicendum quod absolute loquendo reprobus potest corrigi, sed frante hypothēsi potest reprobus non debet ponit in eis quod sit correctus, hoc enim est, ponere opposita simul, & sic intelligenda est illa autoritas.

**T** Ad aliud dicendum quod Deus est causa damnationis malorum (non merito) cum meritum damnationis sit culpa quae est a nobis non a Deo, & sic intelligenda est autoritas Osea, sed est causa effectiva damnationis quo ad pœnam ordinantem culpam, & subtractionis gloriae modo quo dictum est. num. 8.

## DISTINCTIO XL I.

Sententia literæ Magistri in generali & speciali.

**S**i autem querimur. Superioris Magister determinauit de predestinatione in fe, hic determinat de ipsa per comparationē ad suam causam. Et dividitur in duas partes. Primum determinat intentum. Secundū incidenter inquirit vtrum scientia Dei aliquo modo diminuat. Secunda ibi, Postea considerari oportet. Prima istam dividitur in duas. Primum determinat veritatem. Secundū excludit errorem. Secunda ibi, Opinari sunt tamen. Et haec secunda dividitur in duas secundum quod removet duplē errorē. Secunda ibi, Multi vero de isto profundo. Secunda vero pars principalis inquirit vtrum scientia Dei possit diminui, dividitur in duas partes. Primum mouet questionem & solvit. Secundū obicit in contrarium & solvit. Secunda ibi, Adhuc autem opponitur. Et haec est diuisio & sententia lectionis in generali.

**I**n SPECIALE vero sic procedit Magister, & proponit primum quod predestinationis sub merito non cadit, obduratione autem cadit: si sanè tamen intelligendo quod nomine obdurationis non ipsa præficiēt diuinā, sed subtractione gratiae intelligitur. Aliqui enim suis peccatis merentur ut eis gratia non apponatur. Predestinationis vero nec quantum ad illud quod gerunt est, nec quantum ad gratias appositionē sub merito cadit. Postea subdit quod aliqui opinari sunt quod propter futura merita aliqui predeſtinent & reprobentur a Deo, & ad hoc adducunt autoritates Aug. qui videtur dicere quod dominus elegit Iacob propter fidem futuram ipsius, & non propter opera, tanquam fides esset a nobis, non autem opera meritoria, sed illa esset a Spiritu sancto. Sed Aug. postea retractavit illud quod fides inter Dei munera computatur sicut opera, sed tamē vtruncq; dicitur nostrum, quia sine nostra voluntate non est, & vtrunque Dei est, quia non sine dono Dei gratuito. Videtur igitur Aug. dicere quod futura fides in Iacob fuit causa predestinationis, sed sicut dicit Magister, Aug. hoc retractauit, quia iam gratia non esset gratia, sed debitum, vbi etiā dicit inter alia quod aliquid procedit in peccatoribus per quod sunt digni iustificatione, per quod non intendit dicere quod iustificatio sub merito cadat, sed quod aliqui non ita peccant quod ideo non mereantur sibi gratiam non apponi. Postea tangit errorem aliorum qui dixerunt quod anima prius peccauerunt, & postea secundum merita & demerita in cordibus quasi in quibusdam carceribus sunt inclusæ, quā opinionem Aug. dicit eroneam esse, ynde dicit quod reprobatio Dei non est causa peccati, sicut predestinationis causa boni. Postea querit, vtrum scientia Dei possit diminui, & responderet quod præscientia potest minui, scientia vero non: multa enim præscient quæ modo non præscit, quia non sunt futura, sed omne quod sciuit, scit. Postea obicit in contrarium, quia me nascitur præscient & modo nescit, ergo non omne quod sciuit scit, & respondet quod omnem rem quam sciuit scit. Argumentum autem procedit de diversitate quo ad modum sciendi qui importatur per enunciabilia, & in hoc terminatur sententia in speciali.

## QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum electio procedat predestinationem, an econuerso.

*Thol. I. q. 23. art. 4.*

O 5 Circa